

Thym
Te
utilitate
jurisjurandi
1744





27
VIRIS
242.
PRAENOBILISSIMIS
AMICIS SVIS LONGE AESTVMATISSIMIS
V I R O
IOHANNI MENONI POETKER
WISMARIENSI

ET
V I R O
DANIELI NETTELBLADT
ROSTOCHIENSI
HONORES DOCTORALES
GRATVLATVRVS

No 2811
QVAEDAM
DE
VTILITATE ET NECESSITATE IVRISIVRANDI
IN REPUBLICA
SVCCINCTE DISSERET
RVDOLPH. IOH. WILH. THYM
LL. Cultor.

Hala: Hermunduorum d. XVI. Martii Anno M DCC XLIV.

STANNO GEBAVERIANO.

2. 3. 06.

VIRIS
PRAEINOBILISSIMIS
AMICIS SVIS LONGE AMATISSIMIS
VIR O
IOHANNI MENONI POETKER
WISMA KLINISI

VIR O
DANIEL NETTLEBLADT




UTILITATE ET NECESSITATE VIRISIVRANDI
IM REPUBLICA
EXCERPTA DISSERTATIONE
RÄDBORPH. IOH WILH. THYM
L. C. G. G.

Halle Hermannshofen d. XVI. Martii Anno M DCC XLIV.

STANNO GERBARIANO.





... Senectute mando, quam in eo quodvis vitar dominari
... incipit, quam pro pudor, pro diffidentia, vitaris vult
... in laetitia & audacia vigeat, & inquit inimitatione, ob-
... tractationeque in mundum inuigiletur, vno verbo pessimum
... proes omnium animos occupat, securitas & metus hominum
... auxilium inter p[ro]p[ri]a delicta vendit. Quis duo vero iunctis
... ciebat ad vitam bene & commode transigendam. Delictum
... securitas semper metum involvit, metus vero in tanto mali
... futuri consistens, hominibus non concedat, ut aliter se me-
... tentes vitam contemnerent, ne hoc malum futurum fatum su-
... perfectionis in laetitia tollerent, & delicta, tamen in
... Commodioris laetitia vix transigat, sed in laetitia
... auxilium vendat, de quo Vid. Perillius Cancellarius
... Politici P. II Cap. I. §. 210. Nulli enim vana e-



Praestans vestrae amicitiae, quod Vobiscum, Viri Prae-
bilissimi, Amici longe Aestumatissimi, contrahere
mihi licuit, vinculum efficit, ut hic dies, quo
Vos utriusque Doctoris titulo & honore insigni-
mini, mihi magnam adferat laetitiam, qua adductus
non possum non, quin vestris conatibus gratula-
bundo calamo adplaudam, & testimonium meum in Vos ami-
citiae publice ponam. Quo firmiorem itaque vestram erga me
ami-

amicitiam fundatam esse sentio, eo majus in me resiliere puto gaudium: Cum vero de ea vndequaque, quoquo me verto, exflare video vestigia, non aliter evenire potuit, ac quod mihi inde fit latitiae summus gradus. Perfvadeatis itaque Vobis, has lineolas ex perfecto amoris adfectu in chartam esse conjectas, ac eas accipiatis ea, qua soletis, amica fronte, atque permittatis, antea de necessitate & utilitate jurisjurandi in republicam quaedam succincte praefari.

Senescente mundo, quum in eo quodvis vitium dominari inciperet, quum pro pudore, pro abstinentia, virtute, avaritia largitio & audacia vigerent, & iniquae insimulationes, obtreccionessque in mundum immigrassent, vno verbo pessimi mores omnium animos occupassent, securitas & mutua hominum auxilia inter pia desideria veniebant: Quae duo vero summe faciebant ad vitam beate & commode transigendam. Desiderium securitatis semper metum involvit, metus vero in tadio mali futuri consistens, hominibus non concedebat, ut aliter ac metuentes vitam consumerent, ne hoc malum futurum statum suae perfectionis ni funditus tolleret, & deleret, tamen turbaret: Commodioris deinde vitae transactio secum securitate in mutuis auxiliis fundabat, de quo Vid. Perillustri Cancellarii Wolfii Politica P. II. Cap. I. §. 210. Nihil enim naturae convenientius erat, quam juvare naturae consortem, dum praeterea communis hominum inter homines naturalis est commendatio, ut oporteat hominum ab homine, ob id ipsum, quod homo sit, non alienum videri. Ad haec duo itaque adsequenda societates inter se inire, quasi coacti erant; haec vero involvebant pactum, vi cuius se contra inimicos & deperditos defendere, quavis commoda sibi adtrahere poterant. Quibus ex societatibus tandem rerumpublicarum introductio facta est, quae deinde pacto vel expresso vel tacito nascuntur, quod, qui se coetui suo adgregant, id

id sequuturi sint, quod aut pars major, aut hi, quibus potestas delata erat, constituisent. A quo pacto leges civiles dependent, quæ normæ sunt, secundum quas cives actiones suas conformare debent, & quarum transgressores pœnæ determinatæ suberant, dum leges virtutibus, quas recenset L. I. ff. de LL. adfectæ sunt, ut imperent, quo omnia iuste & æque & ordinate fiant, vetent mala & scelera, deinde permittant adiaphora, vel ut Seneca 3. de Benef. 21. loquitur: Quædam sunt, quæ leges nec vetant, nec jubent facere: & puniunt quæ Legibus contraria facta sunt. Duæ res fere itaque sunt, propter quas feruntur leges, ne quisquam quid iniusti faciat, & ut iis, qui jus violarunt, punitis, alii meliores reddantur. Ex malis sic moribus leges natæ sunt, ejusdemque originis jurajuranda esse, constat. Nam cum in rebuspublicis eadem vitia sub vario colore, quæ jam antea, cum respublicas adhuc ignoraret mundus, florent, ita ut hic commode dici posset, quod Iuvenalis Sat. 2. cecinit:

Dedit hæc contagio labem,

Et dabit in plures, sicut grex totus in agris

Vnius scabie cadit, & prurigine porci

Vuaque contacta livorem ducit ab uva

& præsertim exitiale malum, quo non violentius ullum, quod virtutem insequitur, benefacta lacerat, bonosque odit, & alterius justo indignatur honore, caput erigeret, non aliter fieri poterat, quam ut fides cara & rara esset, eaque vere citra verba consisteret, immo videretur evanuisse in auras. Quo factum, ut inter se cives se vix securos crederent, verbaque alterius summa cum severitate prolata flocci & nauci haberent, quia tot fraudes homines jam reddiderant diffidentes:

Ut itaque huic malo mederetur de quodam vinculo morali novo cogitare debebant Procures, sive, magistratus, quo alligarentur, ut veritatis diligentiores essent, & non tam horrendum in modum a veritate descicerent. Id jusjurandum erat, consistens in religiosa & seria rei cujusdam adfeveratione, in cujus confirmationem DEVS ut testis & vindex vocatur. Invocatio DEI ut testis & vindicis animam jurisjurandi efficiebat, & ea solummodo efficax visa est, ut is qui veram DEI cognitionem haberet, verum fateretur, et qui non tantæ audaciæ, & tam perfrictæ frontis esse crederetur, ut religionem abjurer, & sensum Numinis æterni supprimeret. Sed pro dolor! solummodo visa est; si enim indubitata & certissima fides ex jurejurando oriretur, perjurium nullum daretur, quod tamen sæpius ex post facto ab hominibus minimi pretii commissum esse dispersim relatum legimus. Maxima itaque veritatis præsumptio est, quam jusjurandum post se trahit: Cum vero majus vinculum inventu difficillimum esset, præstito jurejurando res DEO tanquam corda perscrutanti relinquenda, nisi deinde ut perjurus inclaresceret, tunc poena in perjurium constituta merito adfcitur. Interdum jurisjurandi utilitas se omni tempore commendavit, dum honestiores & majori religione præditi Viri veritatem dicere, quam pejerasse, & promissis stare, quam fumos vendidisse maluerunt. Sic factum est, ut jusjurandum in usum venerit, qui usus adprobatione & consensu gentium deinde in jus gentium abiit, & quem Prætores postea suis edictis confirmarunt, ut docet Wesenbec. parat. Tit. de jurejurando n. 4. Ex supra jam dictis necessitatem jurisjurandi & utilitatem in rempublicam summam esse, facile nemo negabit, dum ejus finis est, ut sceleribus & mendaciis obex ponatur, & quies salusque inde conserveatur. Fides sic mendaciis opponitur, quæ vero ex triplici ratione summe necessaria est præsertim in civitate primo intuitu magistratus & civium, postea intuitu civium cum exteris,
&

& denique intuitu civium inter se, inde etiam ad eam faciendam jurajuranda pluris quam unius usus esse, facile dijudicare est. Profunt mox ad fidem & obedientiam faciendam, mox ad obligationem contrahendam, contractusque conservandos, & mox ad lites decidendas. Idcirco in civitatibus ortum est jusjurandum civium, quo magistratus obedientiam & fidem, de iis, qui in numerum civium recipi cupiunt, exigunt, ad quam sancte promittendam servandamque hoc vinculo illi adiguntur. Concordia civium inde enata est, qua parvæ res crescunt, discordia vero summæ dilabuntur. Quod remedium homines facit saltem externe modestos & quietos. Cum enim ut civis aliis notescit, quilibet de jurejurando præfinito certus est, & sic omnem lapidem movet, si alias reipublicæ amantissimus est, ut promissis stet, ne ut perjurus apud non neminem in considerationem veniret, quod crimen homines, qui nondum omnem humanitatem exuerunt, omnique religioni nuntium miserunt, summo opere detestantur & execrantur, partim ne iram divinam in se exposcant, & ne in poenam determinatam incurrant. Deinde cum litibus & controversiis tam innumeris, quæ inter cives existere possunt, examinandis dirimendisque, & dijudicandis actibus poenam merentibus facile evenire posset, quod, si jam in causis id, quod jus fasque esset, pronuntiatum fuisset, tamen odio & ira pars quædam ferretur in magistratum, ut seditionem conflet, præsertim si genere & nobilitate suæ civitatis facile princeps est, inde non exiguum detrimentum resp. caperet, ad quod præcavendum & utilitatis & necessitatis est, ut jurejurando promittant cives, se obedientiam magistratui præstituros esse. Deinde etiam obligationes mediante jurejurando comparari secure, eoque contractus conservari possunt. Quo majorem utilitatem hi in civitate præbeant, eo majori promissione opus habent, ne lædantur, aut annullentur, dum negotia & commercia sine iis perstare vix possunt, simul cum exteris, quæ tamen ad civitatis salutem & incolumitatem mul-

1180

tum

tum faciunt. **bb** Nam cum providentia divina factum est, ut non una civitas, seu tota regio omnia producere & gignere valeat, quæ in ea viventes necessarie usurpant, aliique iis rebus rursus egent, quibus nos abundamus, sic mutuis auxiliis sese sublevare illos oportet; quo efficitur, primo ut firma sanciantur inter se amicitia, deinde vero ut omnibus rebus satis habentes commodiorem vitam transigere possent homines. Quod ultimum plurimos ad datam fidem servandam obligat, dum sapius commercia florere scimus: inter quos minima, ferme nulla, intercedit amicitia; Hoc testatur Petrus Mattæus L. V. hist. Henrici IV. Gall. Regis, scribens: Confederationem Helveticorum cum Rege Gallorum magis commercium, quam amicitiam sapere, cum illi fœdera sua tantum argentea privata utilitatis ulna admetiantur, venalesque manus gerant. **bb** Interdum quantam utilitatem omnis servata fides secum ferat, testatur Sextus Cæcilius in A. Gellio 20. 1. exemplo Populi Rom. Populus Rom. ait, e parva origine ad tantæ amplitudinis instar emicuit; sed omnium maxime ac præcipue fidem coluit, sanctamque habuit tam privatim quam publice: Cum itaque tantum interfit salutis communis, ut fides servetur, jurejurando vero ea certissima sit, nemo erit, qui dubitet, quin jusjurandum in civitate præstantissimum sit. Civium etiam inter se maxima requiritur fides, sed sæpiusculo raro servatur. Nulla enim magna civitas diu quiescere potest, si foris hostem non habet, domi invenit. Nonne vero ex violatione fidei data iniquitas, discordia & lites oriuntur? Eæ decidi debent, nisi majores molestiæ & incommoda inde nascantur: Ad sententiam vero ferendam requiritur, ut judici veritas cujusdam facti seu rei constet, inde jurejurando opus est, ne mendaciis & obreclationibus aditus pateat. **bb** Ius Romanorum itaque juramentum constituit, quod a necessitate nomen traxit, necessarium, id quod solum modo hoc fundamento superstruitur, ut deferatur ob inopiam probationis unicuique parti. **bb** Id rursus pro variis caus-

cauffarum circumftantiis fe varie divifit. Fieri enim poterat, quod quis nondum plene, fed tamen plus, quam femiplene veritatem adferri fui probaviffet, licet tota veritas nondum in aprico effet, juramento veritatem fuppleret, inde audit fuppletorium. Probationum paritas efficiebat non raro, ut cauffa non poffet decidi, judex hæfitaret, & in utramque partem propenderet, uti in L. 31. ff. de Iurejurando dicitur. Deinde quidam de facto quodam fufpectus, indiciisque quibusdam gravatus effe poterat. Quo remedio melius, quam jurejurando & innocentia ejus et veritas de facto commiffo demonftrari potuiffet? Iuftitia etfi defiderabat, ut actore non plene probante reus abfolvatur, tamen neceffarium erat, ut vix femiplene probantes fufpicionem elidat, feque vi jurisjurandi ab indiciis purget. Inde purgatorium audit, & originem juri Can. debet. Si id refpicimus, utilitas & neceffitas clariffime adparet, dum paullulum periculofius fuit, eo tempore de quadam re difceptare, cum injuftitia (ut ita dicam) floreret, refque decideret. Moris enim fuiffe invenimus, quod in cauffis dubiis per varia figna, dicta, Ordelia, judicium divinum explorarint, puta, per judicium aquæ calidæ & frigidæ, per lancem & fteream, per ferrum candens, feu vomeres ignitos, per rogam accenfum, per panem execratum, per crucem, per duellum, & quæ funt cetera ineptiarum, quibus moribus nefando modo D E V M tentarunt, ut docuit Perilluftris I. H. Bœhmerus in Diff. de probat in crim. fpuria §. 5. 8. & feqq. harum probationum abufu improbo per jusjurandum veritatem effe eruendam, prudenter ftatuit curia Romana. Quis enim probandi & procedendi modus erat miferior, quam e. g. is per panem execratum, qui reo ad confumendum dabatur, & quem vomitu refpuere putabant, fi delicti, de quo quæftio erat, auctor erat. Deinde per duella lis mirifice dirimebatur, quis enim viribus major victoriam deportaverat, abfolvebatur, victus fimul de crimine convictus pœnis maclabatur. Maxime innocentes


)(

fic

fic quam facillime in vita, fama seu bonorum suorum pericula
incurrere poterant. Ridiculis moribus his abrogatis juramentum
hoc tanquam tutius veritatem indagandi medium firmiter stetit.
Quin ejusdem præstantiæ & necessitatis sit juramentum calu-
mniæ tam speciale quam generale, extra omnem dubitationis
aleam positum esse credo, quæ vero sicco quasi pede transeo,
dum eorum utilitas, ne temere litigetur, & necessitas, ut ma-
litia unius partis alteri non lædat, & cohibeatur, per se patet.
Necessitatem jurisjurandi in republica apparere credo, etsi multos
dissentientes, præsertim b. defunctum I. S. Strykiium, Virum post
funera adhuc Venerandum in Diff. de delatione juramenti in
matrimonialibus video, in qua quæstionem movet, an respu-
blica carere possit jurejurando. Statim Doctorum sententiæ
quin se opposuerit, dubitavit, qui crederent, sine his nec li-
tes decidi, nec veritatem indagari posse. Sed re penitus con-
siderata juramenta impiorum piorum adfertionibus minorem
fidem haberent, ex quo fundamento deinde juriumjurandorum
usum in republica esse superfluum, concludit: sed quis pius?
quis impius? Qui hominum veram differentiam inter pietatem
& impietatem ponere potest, cum totus mundus malis diffluit.
Si fieri posset, quod impietas speciem pietatis præ se ferre, &
sanctitatis simulator non aequè a vitiis & sceleribus tetrus se ab-
stinere, priorque variis deinde occasionibus, si de eo jamjam
bene sentire cœperunt homines, eos callide & fraudulose cir-
cumvenire non posset, qualis qualis differentia adhuc ponenda
esset. Provocat porro, in republica Iudaica, cujus Legislator
ipse DEus fuit, jurajuranda non fuisse in usu, & profert, testi-
bus injuratis fidem esse habitam, adeoque in rebus, quæ vitam
hominis concernunt, id quod probatum dedit ex Codice sacro
Deut. XVII. 6. Num. XXXV. 30. & concludit, cum hoc in re-
bus criminalibus factu facile fuisset, ne juraverint, cur non in
rebus minoribus & civilibus. Absit a me, quin loca hæc in-
valida declarem, aut pervertam, neque minus inquiram, cur
testi-

testibus injuratis creditum fuerit, sed taxo merito conclusio-
nem, in civilibus rebus Iudæorum jusjurandum non fuisse per-
missum, ex ratione, quia prohibitum fuerit in criminalibus,
cum locus Exod. XVIII. 10. II. expresse jusjurandum constitu-
it. Ex quo videre licet, jurisjurandi usum Iudæis non plane
fuisse incognitum. Addit porro, quod, si mendacia punirentur,
ea facillimo modo reprimerentur, a jurejurando abhor-
rentibus suppetias ferre, & præsertim multa perjuria & profana-
tiones summi Numinis evitare possemus. O si mendacia cessa-
rent, cum præterea præcepto DEI antepenultimo contraria sunt,
quæque DEVM, quia ipsa veritas est, iratissimum reddunt, sed
quia tam inter homines inveteratum malum est, ut ea, tan-
quam leve peccatum videantur, ab iis non tam cito desisterent
homines, & verum faterentur, licet de iis & displicentia DEI
erga ea admonerentur, quam si expresse ad tuendam veritatem
sub invocatione DEI in testem & vindicem veritatem dicere co-
guntur: Argumentum vero, quod desumptum est ab iis, qui an-
xietatis ergo jusjurandum non libenter præstant, tamen justa
causa gaudent, sicque procul dubio succumberent, vile est. Si
enim veritate causa eorum suffulta est, jurejurando vero ea con-
firmatur, nihil eos habere video, quod verentur ne conscien-
tiam jurejurando onerarent, si ad veritatis subsidium, justitiæ
incrementum, & rei ipsius commodum adversarium elinguem
reddunt, præsertim cum DEVS justus est, & ut quilibet suo jure
non turbetur, clementissime præcepit. Ad quod accedit, quod
rationi necessitatis parere semper sapientis sit habitum. Ius
Romanum adeo in L. 38. π. de jurejurando statuit, manifestæ
turpitudinis & confessionis esse, nolle nec jurare, nec jusju-
randum referre. Obmovent etiam alii quædam loca e sacris
paginis, e. g. Matth. V. Iac. V. & ex iis inferunt, Christum om-
nia omnino prohibuisse jurajuranda, sed facile responsio erit, dum
Christus de regula salvis exceptionibus rem decidit, deinde ille
non proprie loquitur, sed Hyperbole utitur, non ut, quod in re

extremum sit, sed quod intra modum consistat, adsequatur, ratione præcipiendi sapientibus usitata. Interdum facile largior, non quavis occasione ad jusjurandum esse recurrendum, sed caute & provide adhibendum, etiam illum de perjurio suspectum vel ex vita mala antea acta & sceleribus, quibus se impudice commaculavit, vel si jam antehac fidem perdidit, jure meritoque ab jurisjurandi præstatione repellendum. Subsisto hic & me ad Vos, Viri Prænobilissimi, Amici longe Aestumatissimi, cum mea gratulatione verto. Gratulor itaque Vobis de utroque specimine vestro diligenter scienterque conscripto, quod satis superque testatur, quanta diligentia, quantaque industria studiis invigilastis. Gratulor Vobis de honoribus, quibus hodie merito Vestra assiduitas ornatur. Ego possem in Vestras laudes longe lateque excurrere, nisi, ne vestram modestiam offenderem, vererer, quam ob rem filere malo, quam Vos iratos reddere; Interea amicitia, qua erga Vos rapior, me Vestra felicitatis & gaudii participem facit, quæque nihil aliud optat, quam ut vestra felicitas tam perfecta aliquando sit, ut Vestra eruditio est. Quod reliquum est, mihi continuationem Vestrae in me amicitiae expeto, Vobisque sancte polliceor, quod usque dum spiritus hos regit artus, fuero Vester totus. Valet
mihique favete.




No 2511

13







B.I.G.

Farbkarte #13

27

242

VIRIS
PRAENOBILISSIMIS
AMICIS SVIS LONGE AESTVMATISSIMIS
V I R O
IOHANNI MENONI POETKER

WISMARIENSI

ET

V I R O
DANIELI NETTELBLADT

ROSTOCHIENSI

HONORES DOCTORALES

GRATVLATVRVS

QVAEDAM

Ho 2811

DE

VTILITATE ET NECESSITATE IVRISIVRANDI
IN REPUBLICA
SVCCINCTE DISSERET

RVDOLPH. IOH. WILH. THYM

LL. Cultor.

Halæ Hermunduorum d. XVI. Martii Anno MDCC XLIV.

STANNO GEBAVERIANO.

2. 3. 06.